





A Quod Statius ara misericordiae & ignoti Dei tribuisse videtur, dum scribit; Et a misera matrem summovit Orestes.

ASYLA GENTILIIUM IN PARTICULARI.

Arimphaei vicini Scythis, haud dissimilis Hypetoreis gens. Sedes illis nemora, alimenta bacca, capillus iuxta feminis utriusque in probro existimatur, ritus clementes. Itaque sacros haberi narrant, involatoque esse etiam feris accolarum populis: nec ipsos modò, sed illos etiam qui ad eos perferunt. Plin. lib. 6. c. 13.

Thysagris Lituaniae finitimus iustissimi mores, alimenta bacca, maribus nuda capita, nemora pro domibus: quum sacrosancti habeantur, iustissimum confugientibus suo iure praebent asylum. Bonfin. lib. 1. Dec. 1.

Primum Cadmus, dum Thebas conderet, asylum aperuisse fertur, ad quos fugientes sine discrimine servi aut liberi, ab omni poena tuti erant, ut hac ratione eas populosas redderet. Eiusque exemplum imitatum Romulum, infra dicemus. Nonnulli à prognatis Herculis asylum Athenis primò institutum ferunt, ad quod à patribus oppressis confugere fas erat. Post quod in Rhetoa litore fuit Alacis Asylum, & in Sigeo Achillis. Alex. lib. 3. c. 20.

Ephesium Dianae templum asylum erat, cuius libertatis termini saepe mutati sunt. Alexander ad stadium extendit, Mithridates paululum plus addidit. M. Antonius etiam urbis partem comprehendit. Strabo lib. 14. Diana Ephesia debitorum, qui ad templum suum perfugerent, involatos praestabat, & securos à creditoribus. Plin. de Nonferendo.

Est Hermione templum in Peloponneso, sacrum Cereri ac Proserpinae, ad quod qui confugerint, tuti sunt propter loci religionem: unde proverbium est Epsilon. Loco asyli. Zenodorus & Erasmus.

Hebetea (quam prisci Ganymedem vocarunt) Phliafi honores multos exhibent, summum verò omnium, quod qui supplices ad illius templum in arce Phliaforum confugerint, cuiusvis criminis impunitatem consequuntur. Quin & qui vinciti aut fuerunt, ad eas arbores, qui in cupressero sunt, compedes suspendunt. Dies verò festos quotannis celebrant, quos Cistotomos, hoc est, Ederifecos appellant. Pausan. in Corinth.

Fuit in Aegypto, sicut commemorat Strabo lib. 17. & ult. Geographiae, Osiris asylum, & in Syria Apollinis.

Fuit in Tanao Neptuni sanum, ad quod Cleombrotus confugit. In Thracia Dianae templum inter Clitorium & Cynathum: Dianae item Leucophryenae oppressis persequi involabile fuit. Et in Aphrodisio & Papho Venetis, apud Stratonicenses Jovis & Triviae templa. In Epheso Artemidis, Pergami aedes Esculapii, in Graecia Calydonia Palladis templum tantae dignationis fuisse, ut capitalem fraudem auti, aut pecunia iudicati, qui ad illa confugerent, noxa pecuniaque exolverentur. In Aegypto in Osidiris asylo iuxta Saim, & in Conopo Hercules templo, ad quod servi confugientes, si initiati forent, opprimi aut vi cogi non poterant. Alex. lib. 3. c. 20.

In Samothraciam confugebant olim nocentes, quos Cabitorum templi insulaeque sanctitas involatos praestabat. Omnes. Ibi Perseus Macedoniae rex amisso exercitu extorris regno, fani religione parumpertutus fuit. Svidas in verbo Zeusdyeon.

Apud Molossos, Crotoniatas & Messenios, ac pterofque, ad deorum aras confugisse, pro asylo habitum est, ut Ithacensis Jovis Servatoris ara: delictis enim non voluntaris refugium esse atas putare. Alex. lib. 3. c. 20.

Atheniensibus Thefei sepulchrum, apud Alexandrinos statua regis Ptolemaei id juris habuit, ut servi ad illa confugientes, nexu solverentur, ibid.

Cum propter Asylorum impunitates multa facinora admittentur magna licentia, Tyberius Caesar, ne impunita essent crimina, immunitates asylorum abrogavit, & exolevit morem antiquarum. Idem tamen Samiae Junoni & Esculapii delubro ius veteris immunitatis ob religionem restituit. Ibidem.

Minerva Chalcedice sive Poliuchi templum, in arce Spartana, asylum fuit sacrosanctum: nec unquam, praeterquam in solo Pausania rege ob prodicionem attentatam, violatum. Fama enim eum ibi necandum mater ipsius docuit, ne vel scelus impunitum esset, vel templum deo violaretur. Pausan. in Atticis, & Diod. lib. 1. & Probus in Pausan.

Palicarum deatum apud Siculos templum, asylum tutissimum & inviolatissimum, supplicibusque quocumque infortunio vel calamitate oppressis, vel his qui in dominos ingratos violabundoque incidere feris, plurimum subsidii praebet. Nam qui eò confugerint, nulli domino quatuor conditione, seu vi, aliove quovis pacto licet eos abducere: sed ibidem intactos permanere involatoque oportet, donec per certos amicos & arbitros aequi & boni persuasi, & adducti domini, tum iurjurando de conventis adacti, & promissis servandis pro fidem eo modo firmatam admittantur. Neque illud adhuc memoriam proditus invenitur, qui eam fidem supplicibus praestitam irumpere sit ausus. Diod. lib. 11.

Calauria insula Neptuno sacra, Peloponneso vicina, asylum habens cum templo dei. Ad quod septem urbes conveniebant, Hermione, Epidauros, Aegina, Athenae, Praesium, Nauplia, Orchemonem Minyarum: pro Naupliis Argivi, pro Praesius Lacedaemonii conferebant. Tantopere autem ipsius dei veneratio valuit apud Graecos, ut potiti etiam rerum Macedones hoc asylum involatum servarent. Itaque Archias comitatu septus militum, Demosthenem violare minime ausus est, licet iustus foret a rege Antipatro, ut eum reliquosque oratores similibus obnoxios accusationibus ad se perduceret. Strabo lib. 8.

Δάμων πόλις, id est, servorum civitas. De cetero convictioque hominum improborum, futuacium, aut ignobilium dici potest. Est hoc nomine Civitas quaequam in Lybia, ut auctor est apud Svidam Ephorus in V. apud Stephanum Heatearum. In hanc fidem qui servus lapidem importaret, continui liber ferebat, etiam si peregrinus fuisset. Est & altera, cui nomen ἱερόδωρον, quod fere dicitur, in qua unum duntaxat ingenium vivere tradunt. Est rursum in Creta, & ἱερόδωρος ἑλιδιάδων, id est, mille viris habitata, ut auctor est Socrates in 1. narratione rerum Creticarum. Est item alia iuxta Thraciam, ποταμόδωρος, id est, improborum civitas. In hanc Philippus collegisse dicitur, veluti in senatum, infames ac moribus improbatos, ut sycophantas, falsos testes, praevaticatores, & id genus alios, ad numerum duum milium, ut auctor est Theopompus in rerum Philip. l. 12. Testatur & Plin. in com. de Curios. Est & in Aegypto regio quaedam ἱερόδωρος, appellata, ἑστὲ Ὀλυμπιακῶν.

Apud Rom. ad Comediae Aram (cujus meminit Hieronymus) si quis confugisset, tanquam ab Caeris lata reveli eum inde nefas habebatur. Scribit Pollux, in scena aram fuisse, quae Haliens diceretur, ante fores: & mensam item quae bellaria, aut res atomaticas haberet, ac Theoris dicebatur. Nostrum produnt, in Apollinis honorem aram constitui solitam ab illis, qui comoediam celebrarent. Eum verò Apollinem à Menandro Cassium dicit. Sunt qui scribunt, in scena duas poni solitas aras, dexteram quidem Liberi, sinistram ejus dei honoris, cuius ludi celebrarentur. Calvus lib. 6. c. 17. Antiq. Lecl.

In Parthenio monte Panos delubrum erat, & locus nomine Aula, omnibus animalibus velut asylum: quem leones & lupi, dum feras insecuntur, adire non audent; sed protinus subsistunt, & feras relinquunt. In Daniae Atholiae loco, in Venetis fabulantur, canes, dum feras insequuntur, ubi ad lucum confugerint, ab insecutione quiete. Idem in montibus, quos Graeci Menalos vocant, Aristoteles prodit: ad quos ubi fere à canibus impetuntur, tanquam in tutissimam arcem se recipiunt, ipsique ultra praescriptum progredi non audent. Alex. lib. 4. c. 12.

Auctor sexto Bibliothecae Diodorus apud Aetnam odorum fragrantia sagaces canes odoratu carere, naturam sensus florum odore superante: unde proverb. Aetnae venator, de eo cuius inanis fit venatio. Florida verò regionis ejus naturae testimonium suggerit & poetica fabella, quae legendis ibi floribus intentam Proserpinam rapturo Plutoni velut anam, occasione captata, praebuisse cecinit. Argumento suffragatur Ausonius illis versibus, quos & subiiciendos censuimus:

Qualia florivoma quondam populator in Aetna Virgineas inter choreas Theoida raptam Suisit, emeris Stygiis formacibus Orcus Quo nomine asyli quoque vice cultam invenio regionem illam consensu tacito, nefas putantibus incolis, animal illum omnino oblati imbi, aut violari. Calvus l. 26. c. 20. A. L.

Romulus & Remus jactis urbis fundamentis, Asylum apererunt profugis & fugitivis inter Arcem & Capitolium,

Asylum, loco latu mentio nominato: omnesque recipiebant, neque servum dominis, nec creditoribus nexum, nec magistratibus debebant homicidam: verum involatum locum ex oraculo Apollinis praestare se assererant. Ita urbs est brevis frequentera. Plin. in Remulo, & Livius l. 1. & Sab. l. 2. Enn. 2. Deum Asylum appellabant. Cui divo divavè templum sit pro asylo erectum, non constat: & Dionysius lib. 2. ignorare se dicit. Sunt qui Vajovi tradunt: celebratur tamen asyli locus quatuor Nonas Februarii. L. Vives in l. 1. August. de civit. Dei, c. 34. Ovid. l. 3. Fast.

Romulus ut saxo lucum circumdedit alto, Quilibet huc, inquit, confuge: tutus eris. Virgilius quoque lib. 8. Aeneidos ait: Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum Retulit.

Apud Rom. vincitum, si Diali flaminis aedes introivisset, solvi necesse erat, & vincula per impluvium in tegulas subducere, atque inde foras in viam demitti. Item si quis ad verberandum ducatur, & ad pedes ejus supplex procubuerit, eo die verberari piaculum est. Gell. l. 10. c. 15.

Lepidus & M. Antonius Triumviri, cum plus fati in eos qui Julii mortis conscii fuerant, scivissent, & totam serè urbem interfecturum sanguine maculassent: Julio demum Caesari sepulchrum construxerunt in foro, ubi ejus cadaver combustum fuerat, eosque qui ad ipsum confugerent, tutos & involatos esse voluerunt. Xiphid. in Augusto.

Qui capti bello ad Imperatorum regumque status confugissent, velut ad asylum, nexu solvebantur, & immunes erant: in eos enim manus injectio non erat. Sic in Asplendo Pamphiliae Tiberii Imp. statuae pro asylo fuere. Alex. l. 3. c. 10.

Helioagalabul Imper. ignavissimum, pulchritudine & statuta ac sacerdotio conspicuum, in Solis templum (quem Phoenices Helioagalabul vocant) confugerat, veluti in Asylum, ne à Macrinio praefecto praetorio interficeretur, dum Antonius Caracalla pater occideretur. At ubi Macrinio caeso, à militibus Imperator esse dictus, quod Antonini Bassiani esset filius, secum è Syria deum Helioagalabul abduxit, Romaeque templum constituit, in quo prius aedes Horci fuit. Chp.

ASYLA CHRISTIANORUM. In lege Evangelica: Reis & fontibus Asyla sunt omnes Ecclesiae, Caemeteria, domus religiosa, & Ecclesasticae, ita ut plura sint nobis asyla, quam Judaeis olim. Quin his duntaxat asyla erant pro homicidiis involuntariis, poterantque extrahi ab Asylo, ut eorum causa ventilaretur: At Christianis Asyla haec conceduntur pro omni peccato crimine, & periculo. Sunt tamen quaedam, quibus jus asyli negatur, ut sunt raptus virginum, blasphemia, sacrilegia, latrocinia publica. De quibus vide Suarez de immunit. Eccles. c. 9. & 10. Ceterum Gregorius XIV. novissima bulla, jus asyli negat publicis latronibus, viarum obsecratoribus, agrorum depopulatoribus, iis qui homicidia aut mutilationes in Ecclesia committunt, qui proditorie occidunt, Assassinis, haereticis, reis criminis laesa majestatis.

Olim tamen jus asyli erat ceremoniale & judiciale, ideoque ut sic est abrogatum in lege nova, ut in qua duntaxat est merè humanum à Pontificibus, Imperatoribus, Regibus constitutum, cum ob reverentiam locorum sacrorum, imò Dei ipsius, cui ea sunt sacra: tum ad misericordiam illius declarandam.

Quin Alaricus & Gothi, capta Roma, parcebant fugientibus ad Ecclesias.

Imò cum Gothi quidam facta vasa apud virginem consecratam reperisset, illaque ei diceret, Haec vasa mihi de facratio B. Petri sunt commissa: tange si aude: ego lacta tibi dare non audeo. Ille ad nomen Apostoli exterritus, Regi nunciavit, qui oculus ad factarium S. Petri univerfa referri mandavit, dicens: Cum Romani se bellum gerere, non cum Apostolis Jesu-Christi. Retert Roderic. Tolet. l. 2. Hisp. cap. 5.

Olim etiam confugientes ad sacerdotem deferentem Sacram Eucharistiam, asyli privilegium habebant. Archidiacon. in caus. quae sit. l. 2. c. 2.

Item domus Regum & refugia ad illos, jus adferrebant asyli. Sic Chilpericus pulsus regno, ad Ludovicum Lotharingae Regem: Alphonius Rex Lusitaniae, ad Tilledam Regem Granatae: Zizimus Imp. Turc. à Bajazete pulsus, ad Ludovicum II, Themistocles ad Regem Persarum olim profugerunt.

Sacrosanctus fuit olim Christianis Baptistori locus, ut e. statur Evagrius l. 2. c. 8. de Proterio, Alexandrinorum Episcopo scribens: ipsum, quò necem effugeret, ad sacrosanctissimum baptisterium se recepit. Quo in loco & barbaris, & cunctis ferocebus hominibus reverentia quadam incurritur.

Theophilus Imp. tantum Matiae filiae defunctae uxori Caesaris Alexii, honoris dentit, ut cadaver in arca argento obducta repositum, & cuiuscumque flagitii reis sepulchrum ejus asylum contineret. Cedren.

Bonifacius V. Pp. Heraclio imperante, instituit, ut ad Templa confugientes salvi essent. Volaterr. lib. 22. Antiprob. & Platina & Crantz. lib. 2. Metrop.

Alaricus Gothorum rex, sub Honorio Imp. occupata Roma, edixit, ne eorum corpora ignominia vel vulnere afficerent, bonave diriperent, qui in Apostolorum templa se receperunt. August. lib. 1. & 2. de Civit. Dei.

Henricus Imp. Barbarosae filius, Brisacum Austriae oppidum, in pauperum refugium, velut misericordiae asylum, adificavit. Orho Frisingensis lib. 7. cap. ult.

Dongardus Scotorum rex loca omnia Christo sacra, per univerfas Scotiae regiones, asyla effecit, & ad ea confugientes, servos fugitivos, fontes, quovis crimine reos, ne iudicium subire publica cogereatur auctoritate, dum illos se continerent, regio vetuit edicto. H. Boethius lib. 18.

Sunt hodie in orbe Christiano, praeterquam apud Angelos, passim asyla, quae non modò infidias timentibus, sed quibusvis fontibus etiam majestatis reis patent: quod facit, ut manifestè appareat, nos id institutum non à Moyse, qui illis duntaxat, qui nolentes hominem occidissent, asylum possunt, sed à Romulo esse mutatos. Quae nempe res haud dubie in causa est, cur bene multi à maleficiis minus abstineant manus. Quid quòd templa nostra ubique gentium istiusmodi sceleratis hominibus instat asylorum sunt? & id contra quam Moses etiam constituit, qui Exod. c. 21. ita sanxit: Si quis per induriam occiderit proximum suum, etiam per infidias, ab altari meo avelles eum, ut moriatur. Polyd. lib. 3. c. 12. de Invent. rerum.

Colnamum asylum in Anglia abest ab Abyndonia circiter millia passuum duo: quod perfugio non est illis, qui contra regis majestatem committunt. Polyd. lib. 26.

Verum silentio praeterendum non est, quòd anno 687. post redemptum orbem, Athelstanus Angliae Rex Collegio Canonicozum Revertacensi, inlinito à Joanne Eboracensi Episcopo V. jus asyli concessit, certaque lapidea cathedra, quae ibidem in Ecclesia collocatur, annexerit, cum hac inscriptione: Haec sedes lapidea dicitur Freedhoel, id est, Pacis Cathedra, ad quam reus fugiendo pervenies, omnimodam habet securitatem. Godebimus in Episcopis Angliae.

ASYLORUM LIBERTAS subblata. Macedamoni Pausaniam patriae proditorem, in aede Palladis lapide ad introitum aedis ex consilio matris admoto, ne egredi posset, fame mori coegerunt. Diod. lib. 1.

Augustus Caesar Ephesiae Dianae asylum irritum fecit, quòd multis causam malefaciendi praestabat. Sentium, id Romani, apud quos tot sunt asyla, quot Cardinalium aedes: in quibus servati fures atque sicarii, urbem alioqui pacatam & nobilem, veluti latronum speluncam efficiunt. Ex Strab. l. 14. Aeneas Sylvius cap. 77. Asie.

Tiberius Caesar, cum propter asylorum impunitates indigna facinora admitti intelligeret, Asylorum immunitates abrogavit: Samiae Junoni & Esculapii delubro tantum jus veteris immunitatis ob religionem restituit. Suetonius & Tacitus.

Carolus Magnus legem tulit, ut fures, homicidae, & hujusmodi crimina committentes, si ad asylum templumve fuga elapsi forent, repererentur, atque vi etiperentur. Quòd si quis monachorum Pontifexve praefectus illos reddere recusaret, fatidaret damni infecti compendansque, praestaret, promitteret: si quisquam illorum auferisset, id non sua opera esse factum, juraret. Avent. l. 4. Annal. Bojorum.

Consule Tit. de Libertate, ubi pleraque hujus argumenti. Item de Ecclesiae immunitate, ubi est professo de hoc argumento.

SCRIPTORES. Scripsit post omnes alios de Asyli Jure & Libertate: item ejusdem institutionem, usum, & alia de pertinentia, Didacus Covarrvias Tom. 2. variar. Resolus. lib. 2. c. 20. Petrus etiam



A etiam Scarpus J. C. Italus, cujus tractatum Italicum latine reddidit Augenicus Frikeburgius J. C. Batavus, de cujus fide translatione merito videtur ambigendum. Prosper Farinacius, & alii nonnulli,

Athenæ.

EARUNDEM ELOGIA.

Notiores sunt Athenæ, quam ut à nobis describantur. Vocantur enim sapientie humanæ Emporium, & liberalium artium disciplinarum. Unde & Athenæum vocatur auditorium, in quo scholastici exercentur. Appellat Nazianzenus, Athenas sedem & domicilium litterarum; neque minori Elogio celebrantur ab August. l. 18. de Civit. c. 2. Venerat ad hanc civitatem Apostolus Paulus prædicaturus Evangelium. Act. c. 17.

RELIGIO.

Gregorius Nazianzenus, dum Athenas à studio laudat, addit, eas fuisse præ reliqua Græcia abundantes Idolorum abundantia, & maxime quantum pertinet ad animam, noxia, Orat. de S. Basilio. Theodoretus illi etiam primatum dedit Idololatricæ inter omnes orbis civitates. De multis Diis ibi adoratis, meminit Iustinus erat. par. ad Gentes. Certè ede superstitionis prolapsi fuerunt, quod cum Deos xii. tantum colerent, Alexandrum decimum tertium voluerunt habere, honoreque divinos illi viventi adhuc exhibuerunt, ut refert Joan. Pierius lib. 43. hieroglyph. c. 27.

NOBILITAS ET SPENDOR.

Athenienfium nobilitatem æstimabat Plato, quod ipsi ex ipsa terra essent geniti, nec aliò commigrassent, aut aliundè venissent. Fuerunt res ipsorum satis amplæ & magnificæ, ac per varia scriptorum ingenia celebratæ, fortassis amplius quam verè erant. Cicero de illis loquens, Urbs, ait, Athenienfium ea est, ut ex se suos civis genuisse dicatur, & eorum eadem terra patres, alitrix patria dicitur. Aufonius quoque ita cecinit:

Nunc & terrigenis patribus numeremus Athenas. In catalog. urbium.

MORES ET ZELUS IN PROMOVENDA RELIGIONE. Capitale erat Deos negare, & peregrinam religionem inducere in consulo Areopago. Proscriperunt Diogoram, quod diceretur eorum mysteria ridere: Anaxagoram damnarunt, quod Solem, quem illi ut Deum venerabantur, factum vocasset ignitum. Etiam Protagoras, ni fugâ vitæ suæ consulisset, adductus erat in discrimen, eò quod deos eorum in dubium revocasset. Libri tamen illius cremati. Præterea subijt mortem femina Sacerdos, quod deos peregrinos coluisse delata esset.

Denique celeberrimus & vita & morte Socrates, ducentis & 81. sententiis mortem oppetere fuit compulsus, quod sublati veteribus Athenienfium Diis, nova dæmonia inrullisset.

Ideoque Paulo Apostolo publicam orationem vetabant, quod eloquentia sua cunctis Christianos fieri persuaderet.

De Athenienfibus in actis Lucas meminit, c. 17. ad nihil eos vacasse, nisi aut dicere, aut audire aliquid novi; hoc est, laborasse, ut satisfacerent inani suo studio & curiositati, ut notavit Chrysostomus; eoque vitio notati aliquando à Demosthene. Ex Tertulliano vocat Athenas linguatam civitatem, ibique cauponem scribit fuisse sapientie atque facundie, lib. de Animas. 3.

Sanè Athenienses fame Anaxandridem Comicum enecarunt, quod eos optimas habere leges, mores pessimos didixisset, ut meminit Ovidius in Ibin.

ATHENARUM DUCES. Quere Fortitudo. PRINCIPES, REGES. Vide Titulum de Magistrat. RESPUBLICA. Vide Titulum de Politia.

INTERITUS.

Celeberrimæ illæ Athenæ tandem, quod humanis rebus proprium est, deletæ, & nunc ab hoc, nunc ab illo Principe occupatæ, oppiduli vix speciem gerunt, & in vicum redactæ sunt, Quarum eversionem Ovidius deploravit: Quid Pandanion restat nisi nomen Athenæ?

Postea in sauratas voluit historiarum ceterum D. Hieronymo & alius potiore fidem damus, qui à Gothis, duce Alatico, cū reliqua Græcia occupatæ & deletas scribunt. Vide Claudiam in Koffin. 2. & Eunapium in Maximo, contra Zozimū l. 5. cui solenne est multa mætur, præsertim contra Christianos.

Athei.

Q U I

Athei dicuntur, qui sunt sine Deo, aut penitus Deum non agnoscunt, quales fuerunt pauci, & velut monstra hominum semper habiti. Alioquin ab orbe condito semper Deum in thei omnes gentes coluerunt, neque illa tam barbara gens fuit, quam Deorum Religio non imbutit; ait Cicero 2. Tuscul. Verum errant plerique in hypotheti, quando non ut Deum glorificaverunt, & coluerunt. Unde etiam Athei vocantur à Patribus, tam qui nullum Deum admittunt, quam qui plures: quique etiam verum Deum cognoscant, non tamen ei verum cultum & legitimum exhibent.

Inter contemptores Divum numeratur Mezentius Tyrchenus à Virgil. lib. 7. Aeneid. Fuit enim impius in homines, sine deorum respectu, teste Macrobio.

Kυκλωπιες εἶς, id est, Cyclopica vita, pro vita vehementer essera ac barbara, quæ neque legibus, neque disciplina civili constat, neque religione Deorum gubernetur. F. Qualem describit Homer. Odys. lib. 9. sub persona Polyphemii: Νίπτος δὲ τὸ εἶναι τὴν κικλωπιαν εἰλάδατος, ὅς τις τις κίχων τὸν θεόν, ἢ δαίμονα. Ὁ δὲ κικλωπιες τις αἰσίοτος ἀέθλων, οὐδὲ δὴν μακάρον.

Homerum æmulus Euripides tragicus, Cyclopem hoc pacto loquentem facit:

Ζῆυς δ' ἔγωγε κερῶν τ' ὀρίστω, ἔχῃ, οὐδ' ἄλλ' ἔτι δὲ τ' ἐμὴ κέρωνος δέος. id est, Atqui hoc ego fulmen Jovis non horreo, neque me Jovem præstantiorem habeo Deum.

Melos insula una ex Cycladibus, propter atheismum deleta ab Athenienfibus. In ejus exordio Diogoras, Telechyti F. Poeta Lyricus servatus, Athenas ductus, & Democrito Philofoho x. millibus drachmarum venditus, philofohus præclatus evasit: sed dicitur fuit, vel patriæ vitio, vel suopte ingenio. Svidas. Socrates quoque ab Aristophane Melius nuncupatus est, quod vel impius fuerit, ut Diogoras Melius, vel quod Aristogoras dithyramborum Poeta Meli discipulus esset. Omnes enim Melii, quod parum erga deos pii essent, male audiebant. Gyrad. dialog. 9. hist. poet. ex Svidas, Sabellic. lib. 3. Ennead. 3.

Euhemus Messenius Poeta dicitur, quia primus res gestas Jovis & ceterorum deorum collegit, mortelque & sepulturas eorum ostendit. Laet. & Enst. lib. 2. Prepar. Evang. Vide it. Poetarum.

Protagoras Abderites, Democriti auditor, Sapientia dicebatur. Sed stultitiam ejus ex eo colligat, quod Deos negavit: eamque ob causam Athenis fuit pulsus. Laert. l. 9.

Theodorus dicitur primo, deinde dicitur, sophista arrogantissimus simul & impudentissimus, Aristippi discipulus auditor, deos esse negabat. Inter homines, eos qui literis essent ex culti, ceteris præstantiores esse videns, deum se profiteri fuit ausus, & tyranni instar celos ejecit diis invadere. Ex Aristippi & Pyrrhonis schola, novam conditionem Theodorem, qua adaphotiam, sicut Pyrrho, tenebat: nullam videlicet differentiam inter bonum & malum, justum vel injustum ponendo, legeque tantum, non natura illa fuisse divisa. Nullos præterea asserere ait deos, edito ea de re libro. Unde plura Epicurum Athenienfem mutuatum esse constat, ideoque Athei nomen adeptum. Svidas, & Laertius l. 2.

Theodori discipulus Bion Borythenites, multos discipulorum impietate, quam à magistro hauserat, corrupti, tandem longo morbo confectus, deos esse falsos esse, sanitatis recuperandæ ergo. Stultus, qui deos tunc tandem esse voluerit, quando is opus haberet Bion. Laertius lib. 4.

De Sello Martialis Epigrammatum lib. 4. Nullo esse deos, inane celum, Affirmat Sælius, probatque, quod se factum, dum negat hæc, videt beatum.

Lucianus sophista, Christianorum hostis summus, quod impius in Deum esset, eumque quotidie ut vanum irrideret, (ut dignus fuit) à canibus misere laceratus est. Svidas.

Anastasius Imp. dicitur, somnis divinitus immixtis ad penitentiam invitatus fuit. Verum ne ea quidem, coelestia quodque & terribilia curavit prælagia. Zonaras memorat, doli mentis terribilem astutiam virum, librum manu tenentem, & huic verbis compellentem: Ecce Imperator, ob καλοπρεπεί & πε-

A & perveritatem fidei tuæ, annos 14. vitæ tuæ deleo. Paul. Diac. l. 15.

Michael Tranlus Imp. Copronymum imitatus, eadem à Judæis quæ hic in pueritia didicit, & ob id sabbatis jejunare præcepit. Resurrectionem minime credebat, futuras promissiones ridere solitus. Prophetas carpebat, demones negabat, adulteria passim permisit, ac per Deum in omnibus jurandum censuit. Jude salutem ominabatur, Pascha irregulariter celebravit. Christi veram religionem, quantum potuit, subvertere studuit. Cusp. ex Zonara.

Mahometum Il. Turcorum tyrannum existimant, non magis Mahometanæ religioni, quam aut Christianæ, aut Gentilium adhaesisse. Educatus quidem à matre Christiana Lazari Servie Despotæ filia ab incunabulis fuerat, Anglicamque salutem em, ac Dominicam precariam culam ex ea didicerat: sed quum adolesceret, Mahometanam sectam secutus, talem se exhibuit, ut neque in Christum, neque in Mahometum crederet: hincque effectum est, ut promissa, nisi quatenus in suum commodum cederent, minime servaret: atque in nullo scelere culpam aut peccatum constitueret, quò suo satisfacere desiderius valeat. Iovius in vita ejus, Mahometum Turcorum prophetam sui similem fuisse dixit, vel se illo tanto superiorem, quod is & Cyrenæus fuerit servus, & fur, & latro, & à majoribus suis cum inhonestissimo in faciem vulnere turpiter fugatus ex Perside. Prophetas omnes atque patriarchas pro nugis habuit. Solum Alexandrum Magnum, potissimum ubi de ejus furore ac libidine scribitur, admirabat: cui se similem asserbat, Magni quoque Mahometus dicit à cunctis volebat. Cusp.

Philippus Siroza dicitur fuit, scilicet teste. Etenim cum exulum Florentinorum dux contra Cosum captus esset in prælio, ne indignam natalibus suis necem lubite cogere gladio quem Hispanus carceris cultus terneret excens reliquerat, gutturi apposito, magno nixu & corporis pondere incubuit, relicto in mensa circographo, quo testabatur, se qui redde vivere nescivisset, generoso animo, vite & miseris finem imposuisset. Sabel. Supplem. lib. 22. ex Jovio.

Nannes Grossius & Laucas Oratus, Florentini, homines alioqui ingeniosi & facti, per totam vitam atheismum professi sunt. Horum alter moriens, crucifixi statum sibi asseri curavit, cui se commendaret, sed nullus alterius, quam Donatarii manu factam: alter potentiori se commendavit, sive Deus ille, sive dæmon esset, cum hoc horrendo epiphonemate: Chi piu può, piu tiri: Qui plus potest, plus astat. Joan. Bapt. Gellius dialogo 2. Chiriacus de Botajo.

Consule titulum de impietate, & peragat ibi reperies ad hanc rem spectantia.

HERETICI AN PRO ATHEIS HABENDI?

Cum ex Partum sententia, Atheos dicamus, qui non solum Deum negant, sed etiam illos, qui verum ac legitimum cultum ei non impendunt: hereticos ex eorumdem sententia etiam dicitur dicimus. Elempia in promptu sunt. Eunomium dicitur appellat S. Hieronym. Epist. ad Pammach. Etiam Arius apud Athanasium, dicitur: Et Aetius in Hist. Ecclesiastica, hoc etiam cognomine indigitatur. Sapient enim heretici omnes Barbarissimum, quia illorum proprium est, id agere, id credere, id docere, non quod præcipitur, nec quod oportet, sed quod ipsis videtur, quod ipsi voluerint, quod ipsi elegerint. Vox enim Heretis electionem sonat. Vide Tit. Heresi.

Athletæ.

Idem quod Certatores, ab ἀθλητής Certo. Unde & Athletæ, qui præmium certaminis proponit, ab ἀθλος, quod præmium significat, & ἀθλος, pono.

ATHLETARUM CERTAMINA,

Quere CERTAMINA Ludorum &c.

ATHLETIS POSITÆ STATUÆ HONORATI.

Consule Tit. de Honore, §. Honor consideratus respectu meriti ejus qui honoratur. Item Attributus hominibus honor.

ATHLETICI CURSORES.

Consule Tit. de Certamina.

ATHLETARUM DIFFERENTIE

RATIONE LOCI.

Ex annotatis Titulus locus iste illustrari potest. Hic eorum tantum mentionem facimus, qui vicerunt Olympiæ, in Isthmo, ad Pythium, ad Nemesiam, vel diverso genere cer-

raminis, vel ceriè non expresso certaminis genere. V. E. Quatuor olim certamina sacra fieri, sic quoque victores sacri quadruplices.

OLYMPIORUM, OLYMPIONICÆ.

Olympionicæ Pindari carminibus celebrati: Hiero Syracusanum tyrannus equo Pherenico victor, Ode 1.

Theron Agrigentinus curru victor, Ode 2. Item 3. cum Theoxenia peragenti alteros ipsius equos vicisse nunciaretur.

Psaumis Acronis F. Camerinae quadriga victor, Ode 4. & 5. cum iterum vicisset celeri curru.

Agefias Syraculanus, Soltrati F. dicitur, id est, curru multibus ducto victor, Ode 6.

Diagoras Rhodius pugil, Ode 7. literis aureis per scripta olim. Eodem die tres filios victores coronati videns, expiravit gaudio. Gellius in Noct. Att. Demosthenes & Alcimedon fratres, Ode 8.

Epharmostus Opuntius, Ode 9.

Agrestidamus Locrus pugil, Ode 10. & 11. Hunc ab inimico proprie victum quum inuisset. Ilias socius, acrior ad consuetum rediens, evasit victor.

Ergoteles Himeræus dolichodromus, Ode 12.

Xenophon Corinthius, Istadii cursor, Ode 13.

Alopichus Orchemenius, Istadii cursor, Ode 14.

Caper Eleus Pytagora F. palestræ, pancraticæ eodem die palmam Olympiæ cepit: & ei quidem primo, omnium binæ de illis certaminibus palmæ eodem die evenerunt: in palestrâ verò Eleum Paanium Istravit, qui superiorem Olympiæ victor de eadem palestrâ renunciatus fuerat, idemque Pythicus ludis pueros in pugilatu vicerat, rusticum in vitorum certamine eodem die cælestium palestræque coronam acceperat. Capro igitur handquaquam parvo negotio aut labore levi suæ obrigere victoriæ. Pausanias lib. 6.

Amyntas Alceta filius, Macedonum rex, ad eò validus fuit corpore, ut in Olympico stadio haud unquam certaminis genus uno tempore obivetur. Sabel. lib. 7. Enn. 2.

Dioxippus Olympionices Atheniensis, cum more pugilum Athenas introiret eques, magnaque hominum multitudo conflueret, mulierem formosissimam videns, ejus pulchritudine victus est. Elianus lib. 12. de Varia historia.

Agles Olympionica, dum in sacro certamine sortitio inter ipsum & adversarios non bona fide fieret, repente (quum prius esset mutus) in eum, qui id faciebat, sese videre quid faceret, magnum in clamavit: orisque vinculo solutus, redde postea semper locutus est. Gellius.

Ferunt, Demarchum Parthasium Olympionicam, gustatis pueri, qui immolabatur, extis, in lupum fuisse commutatum: decimo demum post anno ejusdem forme restitutum. Plinius. In fano Alculapii in Titane monte Sicyoniae statua posita est Gratiani Sicyonii, qui in Olympicis palmis tulit de quinqueto duas, de stadio unam, de iterato stadio (dualion dicunt) duplicem, quod nudus & cum scuto circumsulset. Pausanias in Corinth.

Asbylus Olympionices Crotoniata, ter in Olympia continua ferie victor, quem perpetua virginitate fuisse prædicitur ferunt.

Cylon Olympionices Atheniensis, affectate tyrannidis reus compertus, à Megacle interfecit. Herod. lib. 5. Heracles in Politis, Svidas in Pericle, & in Achais. H.

Nicocles Actiades Lacon Olympionices binis ludis de cursu palmis quinq; tulit. Monumentum ei erectum est Actiis inter gymnasium, & eam murorum partem, quæ cum portu conjuncta est. Paus. in Laconicis.

Antipater Milefius, victor in Olympia, Clinopatri filios perculit. A Dionysio pater ejus pecunia tentatus, ut filium Syracusanum diceret, Antipater contemptis tyranni donis Milefium se esse, & ex Jonibus primum suam in Olympia statuum dedicasse, elogio restatus est. Paus. lib. 6.

PYTHIORUM PYTHIONICÆ.

Pythionicas aliquot recenset Paus. in Phoc. Buthus athleta vicit Pythias ludis, & bovem integrum uno die devoravit.

Pythionicas Pindarus suis carminibus celebrat.

Hieronem Syracusanum tyrannum curru victorem, Ode 1. & fortassis ob minus acceptum, Ode 2. & 3.

Arcefilam Cyreneorum regem curru victorem, Ode 4. omnium longissima & celeberrima, item Ode 5.

Xenocrateum Agrigentinum, Ode 6.